sitque alitum phalanges abire iubet· et
sumpto volatu· que remanserant re-
cesserunt· Cumque diuina mediante exuriantibus
verbibus frumenti copia per bonos viros
in giro manentes ad beatum columbanum
per magistros felicis galli et beati magnoaldi dirigerit·
3 Interea venit cogitatio in mentem
quatinus sclauorum terminos adiret·
eorumque cecas mentes euangelica luce
lustraret· ac ab origine pauia erra-
ntibus veritatis via panderet· Cumque
hec beatis gallo et magnoaldo narra-
sset et ita patrare se velle proferret·
beatus gallus dixit magnoaldo· Frater quid
tibi de isto itinere mei abbatis videtur·
Respondit· Domine perquirite in primis
voluntatem domini et postea si dignum duxe-
ritis ad proficiscendum proficiscamini· Hoc
audiens beatus columbanus iussit triduanum
ieiunium fieri· domini mediante implorans
ut eis indicaret suam voluntatem· Tercia
vero nocte angelus dei per visum illis tribus
apparuit· et ambitu paruo quasi solet
paginali stilo orbis describi· circulum
mundi compage monstrauit dicens·
Cernitis inquit quomodo maneat totus orbis
desertus· dicite columbano· Perge dextra
leuaque ut comedas laboris tui fructus·
non est tibi opus illuc properandi· Hec audi-
ens beatus columbanus intellexit per visione
similiter sibi monstratam· non esse
gentis illius in promptu fidei profectum·
et ideo quieuit in loco· solummodo contentus
vnius ministri magnoaldi qui et magnus
famulatu· donec aditus ad italiam via panderet·
e Interea orta est lis inestimabilis
inter theodoricum regem et theodebertum·
Utrisque namque gentium robore invicte
superbientibus· Interque vir dei ad theode-
bertum venit· is quoque eum infra suos fines
libentissime recepit· Deditque ei optionem
quacumque in parte voluisset experimento
querere locum· qui sibi et suis placeret
ad habitandum· Inquisito quoque loco audi-
uit a beatis viris gallo et magnoaldo·
qui iam perlustrata habebant spacia locorum·
laudabilem locum fore infra germanie
terminos· situm in alamannia circa
renum fluuium· opidumque olim diruptum·
quem brigancium nuncupabat· Quem

procul dubio ratum ducebat fore ut impe-
traret a rege· et parte saltus prius iuxta
ipsum opidum stantem vbi apta loca in-
uenire quiuerat ad manendum· Dedit
ergo eis rex iuxta petitionem ipsorum
prefatum opidum locaque vasta intus in saltu
consistencia· sed non plurima nisi pauca·
vbi inuenire potuissent apta ad cellu-
lam construenda· Beatus vero gallus cum
sancto magnoaldo· fratribus qui iam ex
luxouio venerat· a deum simul cum beato
abbate relictis· ipsi ingressi sunt in saltum·
et ideo huc illucque pergentes· diuersaque loca
circueuntes· repererunt infra ipsius
saltus terminos· loca venusta et famu-
lis dei ad omnem oportunitatem congrua·
preterea primasque naciones vndique haberi ad
predicandum· Reuersi ergo iterum ad virum
dei· laudauerunt loca que inuenerunt· quibus
vir dei ait· Pergemus illuc et morem aliquod
spacium temporis ibi· et construamus cellulam·
vsque dum dominus det nobis aditum proficiscendi
in ytaliam· Perrexerunt ergo ad locum bri-
gantinum· maris littore inuenerunt locum
antiquum destructum qui vocatur arbona·
ibique morati sunt· construentes cellam· ex-
pectantes euentum inter theodericum et
theodebertum/ Sequitur/ Capitulum·
4 Cumque hec agerent ab illis· sedicione
firmata· inter theodericum et
theodebertum ortum est bellum iuxta tulbia-
cense castrum· ibique prelio inito· innumera
hominum multitudo ex utroque exercitu
perierunt· victus tamen theodebertus fugit·
Ea ergo hora qua apud tulbiacum illud
bellum commissum est· vir dei columbanus operan-
tibus sanctis gallo et magnoaldo cum ceteris
fratribus qui ex luxouio venerat· super truncum
querci putrefacti sedens librum legebat·
Quem sopor oppressit· sopitus dormiensque
inter duos quid ageretur reges vidit·
Expergefactus· ministrum vocat magno-
aldum· qui et magnus· euentumque regum
pugna indicat· et humanum sanguinem
multum fundi suspirat· Respondit mag-
noaldus prostratus ad pedes eius· Et ego domine
pater sopore oppressus iacebam subter
vna arbore abietis· et videbatur michi
simul eos conflictum inter se habere· acceptoque
baculo volebam procedere theodericum

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 38r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/38r)